purgatio eius per hostias imperatur. Si qui infirmi sunt & incapaces profundioris
mysterii edificentur ex littera & sciant quia si quis preteriens preterierit precep
ta dn̄i & mentitus fuerit proximo super deposito aut societate aut rapina peccati ingentis
statuitur reus. Sed absit hoc ab ecclesia dī ut ego credam esse aliquem in coetu isto scōrum.
qui [e]tiam infeliciter agat ut depositum proximi sui neg& aut societatem fraude conta
min& aut uel ipse aliena diripiat aut ab aliis rapta suscipiat & prohis si ab eo requirant
contra conscientiam iur&. Absit inquam ut hec ego de aliquo fidelium sentiam. Confidens
enim dico de uobis quia uos non ita didicistis xp̄m neque ita docti estis. Sed neque lex
ipsa hec scis & fidelibus precepit. Vis scire quia non ad scōs & iustos ista dicantur audi
apostolum ista distinguentem. Iusto inquid lex non est posita sed iniustis & non subditis.
scelestis & contaminatis patricidis & matricidis & horum similibus. Quia ergo huius
modi hominibus apostolus legem dicit inpositam. ecclesia dī quam absit in huiusmodi
facinoribus maculari. Relicta aliis littera sanctius aedificetur ab spū. Videamus itaq;
nunc quod est depositum quod fidelium unusquisque suscepit. Ego puto quod & ipsā
animam nrām & corpus depositum accepimus a dō. & uis uidere maius aliud depositum
quod accepisti a dō. ipsi animae tuae dī imaginem suam & similitudinem commendauit.
Istud ergo depositum tam integre tibi restituendum est quam a te constat ēē susceptum.
Si enim sis misericors sicut pater tuus in caelis misericors est. Imago dī in te est & integrū
depositum seruas; si perfectus es sicut & pater tuus in caelis perfectus est. Imaginis dī
in te depositum man&. Similiter & cetera omā ipsius. si iustus. si scs̄. si mundus corde
& omnia quae in dō praesto sunt per naturam si tibi per imitationem subsistant de
positum apud te diuinae imaginis saluum est. Si uero e contrario agas & pro misericor
de crudelis pro pio impius pro benigno uiolentus. pro quieto turbolentus. pro liberali
raptor existas. abiecta imagine dī diabuli in te imaginem suscepisti. & bonum depositū
commendatum tibi diuinitus abnegasti. Aut non hoc erat quod sub mysterio apostolus
electo discipulo mandabat timotheo dicens. O timothee bonum depositum custodi.
ego & iam illud addo quod & xp̄m dn̄m depositum suscepimus & scm̄ spm̄ depositum
habemus. Videndum ergo nobis est ne hoc scō deposito non scāe utamur. & cum nos
in consensum sui peccata sollicitant. iuremus nos non suscepisse depositum. Quod utiq;
si habeamus in nobis peccato consentire non possumus. sed & ipse sensus rationabilis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0418